

x-rite

colorchecker CLASSIC

TS6943
1146 342

Doc 7

ASA 00123

A-377(7)

DIE XVIII IUNII

S. AUGUSTINI EPISCOPI

ET CONFESSORIS

DUPLEX MINUS.

Omnia de Comm. Confessoris Pontificis, præter sequentia.

In hymno Meruit supremos.

ORATIO.

Deus, qui Anglorum gentes, prædicatione et miraculis beati Augustini Confessoris tui atque Pontificis, veræ fidei luce illustrare dignatus es: concede; ut, ipso interveniente, errantium corda ad veritatis tuæ redeant unitatem, et nos in tua simus voluntate concordēs. Per Dominum.

IN PRIMO NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.

IN SECUNDO NOCTURNO.

Lectio IV.

Augustinus Romæ in Lateranensi cœnobio monachus, à Gregorio Magno cum sociis monachis fere quadraginta in Angliam missus est anno quingentesimo nonagesimo septimo, ut gentes illas ad Christum converteret. Erat eo tempore rex Ethelbertus in Cantio potentissimus, qui audita





0123

52

CODEX
OFFICII
DIVINI

AFA-00123





756943
1146 342

Doc 2

ASA 00173

A-377(?)

DIE XVIII IUNII

S. AUGUSTINI EPISCOPI

ET CONFESSORIS

DUPLEX MINUS.

Omnia de Comm. Confessoris Pontificis, præter sequentia.

In hymno Meruit supremos.

ORATIO.

Deus, qui Anglorum gentes, prædicatione et miraculis beati Augustini Confessoris tui atque Pontificis, veræ fidei luce illustrare dignatus es: concede; ut, ipso interveniente, errantium corda ad veritatis tuæ redeant unitatem, et nos in tua simus voluntate concordēs. Per Dominum.

IN PRIMO NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.

IN SECUNDO NOCTURNO.

Lectio IV.

Augustinus Romæ in Lateranensi cœnobio monachus, à Gregorio Magno cum sociis monachis fere quadraginta in Angliam missus est anno quingentesimo nonagesimo septimo, ut gentes illas ad Christum converteret. Erat eo tempore rex Ethelbertus in Cantio potentissimus, qui audita

adventus Augustini causa, eum cum sociis Cantuariam, sui regni metropolim, invitavit; ibique manendi et Christum prædicandi facultatem eidem liberaliter concessit. Quare sanctus vir prope Cantuariam oratorium extruxit, ubi ipse aliquamdiu consedit, atque Apostolicam vivendi rationem cum suis æmulatus est.

R). Inveni David.

Lectio V.

Cœlestis doctrinæ prædicatione plurimis firmata miraculis, ac illos exemplo sic insulanos vitæ demulsit, ut eorum plerosque ad Christianam fidem perduxerit, ac demum regem ipsum, quem cum innumero suorum comitatu sacro fonte lustravit, summa cum lætitia Berthæ regiæ uxoris, quæ christiana erat. Olim

in Natali Domini, cum decem millibus et amplius baptismum in alveo fluminis Eboraci contulisset, quotquot ex iis morbo aliquo affecti erant, cum animæ salute, corporis quoque sanitatem recepisse memoriæ proditum est. Iussu Gregorii ordinatus Episcopus, sedem Cantuariæ instituit in Ecclesia Salvatoris a se erecta, in quo monachos operis sui subsidarios collocavit; et sancti Petri monasterium, quod postea et a suo nomine dictum est, in suburbanis construxit. Idem Gregorius usum Pallii cum facultate ecclesiasticæ hierarchiæ in Anglia instituendæ ei concessit, quo novam etiam operariorum manum misit, nempe Mellitum, Iustum, Paulinum, et Rufinianum.

R). Posui adiutorium.

Lectio VI.

Dispositis eius Ecclesiae rebus, synodum habuit Augustinus cum Episcopis atque Doctoribus veterum Britonum, qui in Paschæ celebratione aliisque ritibus ab Ecclesia Romana iamdum dissidebant. Sed cum eos neque Apostolicæ Sedis auctoritate, neque miraculis movere posset ut dissidio cessarent, prophetico spiritu eis excidium prænuntiavit. Denique maximis pro Christo exantlatis laboribus, miraculis clarus, cum Mellitum Londinensi Ecclesiae præfecisset, Iustum Roffensi, suæ Lau-

rentium, in cœlum migravit septimo kalendas Iunias, Ethelberto regnante, ac sepultus est in Monasterio sancti Petri, quod exinde Cantuariensium Antistitum et aliquot Regum conditorium fuit. Eius cultum ferventi studio prosequutæ sunt Anglorum gentes, ac Leo decimus tertius Pontifex Maximus eius Officium et Missam ad universam extendit Ecclesiam.

R). Iste est, qui ante Deum.

IN TERTIO NOCTURNO.

Lectiones de Homilia in Evangel. Designavit Dominus *de Communi Evangelistarum.*

CAESARAUGUSTAE:

DE EMI. AC RMI. CARD. ARCHIEP. LICENTIA: TYPIS MARIANI A SALAS.

MDCCLXXXIII.

1870

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

